



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt XII. De beatißimæ Trinitatis incomprehensibilitate, ac de materia hujus contemplationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

SECUNDÆ HIERARCHIÆ GRADVS TERTIVS.

Beatissima TRINITATIS contemplatio.

Basilios Homilia de fide : Tu autem si aliquid de DEO dicere, aut audire cupis, mitte corpus unum cum sensibus corporeis : relinque terram, mare & aërem sub tuis ponito pedibus. Transi contemplatione temporum pulchre distinctas ordinationes, terra ornatus, supra aether a mentis oculos attolle, fidem cursum mirandam, naturam præteri, ordinem, magnitudinem, quantos omnibus usus præbeant, splendorem, motum, collocationem, quemadmodum inter se iungantur, ac discent; mirabili quadam ac perpetua ratione, omnia mente sublimior factus despice. Deinde supra calum ascende, & animo pulcherrima que ibi adsum contemplare, caelestes exercitus, Angelorum choros, præsulatus Archangelorum, gloriam Dominationum, sedes Thronorum, Virtutes, Principatus, Potestates, singula percurrente creata, mentem amore divina incensus alius illis attolle, ac omnium conditricem naturam divinam intrare, stabilem, immobilem, nihil in se alienum retinentem, simplicem, impassibilem, indivisibilem, incompotibilem lucem inhabitantem inaccessam, potentiam ineffabilem, magnitudinem incircumscriptam, gloriam supereminentem, bonitatem desiderabilem, pulchritudinem inenarrabilem, qua omnia vehementer confirmata contingit quidem, sermone autem nequaquam explicari potest. Ibi namque Pater, Filius, & Spiritus sanctus, increata natura, Dominica majestas, naturalis bonitas. Hæc Basilios.

Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 5. Patrem enim effectorem huius Universi & invenire est difficile; & cum invenieris, ut apud omnes eloquari, nequit fieri: verbum enim minime explicari potest, ut alia disciplina, veri amicus dicit Plato. Pulchre enim audierat, quod sapientissimus Moyses montem ascendens per sanctam contemplationem, & fastigium eorum que percipiuntur intelligentiâ, necessario discernens, prohibet ne totus populus secum ascendat. Et quando dicit Scriptura Exodi 19. Ingressus est autem Moyses in cælitatem ubi erat DEVS; hoc significat, ut, qui possunt intelligere, DEVM nec esse asphalabilem, nec verbis posse enuntiarî. Caligo autem revera, nempe multorum incredulitas & ignoratio, obicitur splendori veritatis. Hæc ille.

Tandem Joannes Damascenus Orthodoxa fidei lib. 1. cap. 1. De DEO rament, inquit, quid est secundam substantiam, dicere impossibile, convenientissimè de DEO longe est per omnium ablationem facere sermonem: nam nihil eorum que sunt, est; non ut non ens, sed ut omnia extra supereminens, & super ipsum esse ens. Si enim eorum que sunt cognitio est, quod omnem superat cognitionem, & ipsum quoque super substantiam erit: & id recurret; quod super substantiam est, & id quoque super cognitionem erit. Infinita igitur Divinitas, & incomprehensibilis; & hoc solum eius comprehensibile, infinitas & incomprehensibilitas. Quæcumque autem per Theologiam affirmativam de DEO dicimus, non naturam eius, sed ea que sunt circa naturam insinuant. Nam & si bonum, si iustum, si sapiens, si quidvis aliud dixeris, non naturam dicis DEI, sed ea, que circa naturam. Sunt etiam & nonnulla affirmativa de DEO dicta, vim superexcellentiæ negationis præferentia: ut, cum tenebras de Deo dicimus, non tenebras intelligimus, sed quædam non lux, quippe qui superexcellit lucem; & lucem dicimus, quia non est tenebra. Hæc Damascenus.

Adeat Lector alios Partes: sufficere enim nobis pro hac contemplationis materia præstantiora testimonia annotasse.

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

ARDUUM sanè est, & valde difficile, ad hoc contemplationis generis gratiam sibi comparare. Puto ergo, ut verbis Richardi loquar lib. 4. de contemplat. cap. 6. in hoc opere opus esse intima potius compunctione, quam profunda investigatione; suspiris, quam argumentis; crebris potius gemitibus, quam copiosis argumentationibus. Scimus autem, quam cordis intima nihil adeo purgat, mentis mundiciam nihil adeo reparat, nihil sic ambiguitatis nebulas detergit, serenitatemque cordis adducit, quam profunda & intima anima compunctio. Beati, inquit Scriptura, mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Studeat ergo cordis mundicia, qui cupit Deum videre, qui in divinorum contemplatione festinat assurgere. Non enim facile est, nec leve, humanum animam Angelicam formam induere, & in supermundanum quendam & verè plusquam humanum habitum transire, spirituales penas accipere, & se ad summam levare. Ad hæc ergo quis idoneus quis ad hæc opera dignus artifex invenitur, nisi eum divina gratia præveniat & subsequatur? Longè enim hæc contemplatio omnem corporea similitudinis proprietatem excedit. Quare non solum longè est ab imaginatione, sed omni quoque ratione superior. Quare cum materia hæc sit profundissima, & mentibus humanis omnino impervia; non erit abs re, in ea diutius quam in aliis contemplationis generibus immorari, ac lautilimam contemplationis materiam offerre; ut his adjaci, vaticinatos illos Trinitatis suus quoquo modo investigare possimus.

De huius contemplationis altissima divinis magis materia multa Partes scripserunt. S. Irenæus lib. 5. Adversus hæreses; Gregorius Nazianzenus Oratione de fide, & alibi sæpius; Cyprianus Expositione in Symbolum Apostolorum; S. Basilios Homilia de fide, & Homilia in principio erat Verbum, & Homilia de Spiritu sancto, adversus Eranium in libris. Augustinus locupletissimè lib. de Trinitate, & in numeris fere locis; Ambrosius lib. de dignitate humana conditionis; S. Hilarius lib. de Trinitate, & alii quamplurimi Patres, tam huius, quam prioris ævi.

CAPVT XII.

De beatissime Trinitatis incomprehensibilitate, ac de materia huius contemplationis.

DEUS est fons indeficiens, ex quo omnis tam Consultus ad intra, quam ad extra effunditur emanatio. Quid verò sit DEUS, ac quo ordine ex Patre generetur Filius, à Patre & Filio spicitur Spiritus Sanctus, æternusque amor, neque comprehendendi, part. 2. neque attingi vix potest.angebatur olim Moy Theolog. Spiritu DEUM deprecari ausus est, ut scriptum est. Tract. 3. li aperè manifestaret, dicens Exodi 33. art. 6. Domine, ostende mihi faciem tuam. At illi respondens DEVS, inquit: Non poteris videre faciem meam; non enim me videbit homo, & vivet. Divinam liquidem essentiam, ac divinas

M 2 Verbi

ESUL

TRIN

Verbi & Amoris æterni emanationes perspicuè, clareque cognoscere in hac vita, peregrinantium munus non est, cum hoc sit Beatorum mentibus tantum concessum.

Verumtamen non deest nobis obumbrata ac obscura quædam etiam in hac vita de beatissima Trinitate cognitio. *Est locus*, inquit Dominus Moysi, *apud me; stabis supra petram*. Hæc autem petra est Fides Ecclesiæ Catholicæ, extra quam nulla de DEO ac divinis processionibus scientia vera ac tuta esse potest; quare super hanc standum, qui voluerit de divina essentia ac divinis emanationibus piè & Ca holicè aliquid contem- plari. Ibi enim per foramina petræ, id est, per lumen quod est revelata scientia, in Ecclesia fulget, quæ verè est radius sive participatio divinæ scientiæ. Nonnulla, licet subobscurè, de beatissima Trinitate, ejusque proprietatibus intellectu dono illustrati intueri poterimus: per foramen autem non DEI faciem, sed potius ipsius iam transacti posteriora (tantum videri licet, dicente adhuc ipso Domino ad Moysen, ut supra, *Cumq; transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam dexterâ meâ, donec transeam; tollamq; manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam non videbis*. Nam qui faciem alicujus intuetur, perfectè ipsum videtur comprehendere, quod proprium est vitæ beatæ: qui verò posteriora, vix ejus magnitudinem & staturæ proceritatem videtur posse peringere.

Ita certè, quòd DEUS sit unus trinusque, non facie ad faciem in hac mortali peregrinatione aperire conspicere possumus; sed tantum supra petram stantes, revelatæ scientiæ radio, seu Fidei in suo dono, Scripturarum sacrarum ope contem- plari id nobis permittitur. Quod perspicuè Paulus 1. *Corinth.* 13. explicuit, cum dixit: *Videmus nunc per speculum in ænigmate*, id est, lumine Fidei revelatio, quod obscuru & ænigmaticum est; *postea verò facie ad faciem*, id est, in vita beata, Fidei quoque ænigmata appellant merito possunt, quia non naturali evidentiâ, sed lumine tantum revelato eorum constat certitudo. Hæcque ea sunt ænigmata, quæ Samson noster Christus Philistæis, Philosophis inquam eum irridentibus, obiit, quæque enucleari non possunt, nisi ejus sponsa Ecclesia ipsis referaverit, & præcipuè ea, quæ ad DEI Unitatem & Trinitatem spectare videntur.

Ad quæ Hujus contemplationis materia verè est & sese exc- amplissima & profundissima, ac defæcatis men- dat hu) tibus suavissima. Ad hanc enim contemplationis contem- speciem, ut apè docuit Carthusianus *lib. de fonte plationis; lucis, cap. 11.* pertinet intueri, quemadmodum in materia? vero ac simplici DEO sit æterna, immaterialis, in- variabilis, actualissima, ac superpurissima genera- tio, ut pura emanatio Verbi æterni à Patre summo, qui seipsum perfectè æternaliterq; cognoscens ac intuens, suipsum conceptum & Verbum internū in se profert ac gignit. Quod namq; in se & de se cognoscit ac intuetur, hoc intra se loquitur ac producit. Et quoniam unico actu intelligit seip- sum, & omnia perfectè intelligit; idcirco una pro- latione interna seu generatione mentali seipsum & eundem plenissimè intra se exprimit, & unicum dumtaxat Verbum gignit, quod est ipsius perfectæ ac naturalis imago, spiroend, ac Filius, omni- umque creaturarum exemplar; ideo & ratio atq; totius Universi forma archetypa in mente divina. De quo Augustinus, *Qui negat*, ait, *mundum, archetypum negat, & DEI Filium*.

Hinc in Verbo isto ætèrno tota Patris natura

resplendet, totaque ejus majestas ac perfectio præsentatur in eo: idcirco vera deitas continetur atque consistit in eo. Vnde *lib. 15. de Trinitate* asserit Augustinus, Pater tamquam seipsum dicens genuit Verbum sibi æquale. Amplius ad hanc contemplationis speciem pertinet intueri, quemadmodum Pater & Filius se invicem intuentes, volentes, ac mutuo incomprehensibiles ac super- persuasissimè complacentes, producant, & intra se spirant unum, increatum, plenum ac infinitum Amorem, propriæ amabilitati proportionatum, qui est amor, & nexus osculumque amborum. Quemadmodum enim verbum est emanatio intellectus, sic amor est emanatio volun- tatis.

Rursus spectat ad hanc speciem contemplati, quam verè superbeatissima ac superdelectabilissima hujus altissimæ Trinitatis sit vita; quemadmo- dum hæc super venerabiles, super sublimes, ac in- perlanctæ Personæ se mutuo intueantur intatione penitus comprehensiva, jucundissima, & æ- terna, se invicem quoque diligant amore super- ardentissimo & immenso, sibiq; e mutuo perfe- ctè ac supergaudiosè complacent, atque se invicem super felicitissimè perficiantur; & qualiter sit in eis plena communio, superjucunda diffusio, con- sistentia super gloriosissima & æterna.

Ecce hæc omnia humiliter ac sincerè, quietè & amorosè sunt contem- planda, cum præcedis- sissima congratulatione tam infinitæ beatitudinis & excellentiæ Trinitatis super exaltatæ ac adorandæ. Præterea causæ seu rationes amoris sunt cognitio, bonitas, similitudo, propinquitas, unio, communio, beneficentiæ, & prævia seu alterna dilectio. Cumque omnes hæc rationes in superessentiali & constanti Trinitate perfe- ctissimè protus consistant, (liquidem unusque- que earum aliam quamlibet omnino perfecte ac comprehensivè cognoscit) quælibet quoque earum est bonitatis immensæ; estque inter ea prævia similitudo, ac summa propinquitas; qua secun- da earum emanat à prima, videlicet Filius à Pa- tre, & tertia ab utraque, utpote Spiritus sanctus à Patre & Filio.

Inseparabiles quoque sunt, quia substantia- tiales. Vnaquequeque a se se totam communicat, & Filius à Patre infinitum bonum accipit, plenitudinem Deitatis, quemadmodum ipse pro- oclatur: Pater quod dedit mihi, majus omnibus est, (divina scilicet essentia.) Vnde ibidem sub- jungit: *Ego & Pater unum sumus*. Et hoc ipsum bonum immensum à Patre ac Filio accipit Spiritus sanctus, Pater & Filio verissimè consubstan- tialis, coæternus, & coequalis. Vnaquequeque eorum scit se ab alia infinita di- cessione mari. Hic constat, quòd inter eas sit protus in- peræstantissima & immensa dilectio. Hæc Carthusianus.

CAPIT XIII.

DEVS simplex & trinus; ex D. Bernardus.

DIVUS Bernardus de consideratione ad Euge- nium 1. 5. c. 7. *Quid est*, inquit, *DEVS? Quo nihil melius cogitari potest. Si approbat, non oportet as- sentiari esse aliquid quod DEVS sit, & quod DEVS non sit: hoc enim sine dubio melius. Quomodo non melius DEO, si DEVS non est, quod dat DEO, ut sit? At melius illam Divinitatem, quam dicunt DEVM esse, non aliud quam DEVM esse fatemur. Non est ergo in DEO nisi DEVS. Quid inquirunt? Negas DEVM habere Divinitatem? Non sed quod habet, hoc est.*
Negat